

1489 maggio 12, Roma.

Bolla di Innocenzo VIII per l'unione del beneficio parrocchiale dei Santi Nazaro e Celso di Cadignano e del beneficio semplice di San Siro in Brescia alla Mensa canonica del Capitolo della cattedrale di Brescia, allo scopo di sostenere economicamente una scuola capitolare di 12 chierici, dotata di un maestro di canto, uno di grammatica, e un organista.

Brescia - Archivio Capitolare: fald. 50, Libro "F Memorabilium", cc. 40r-41v.

Ediz.: GUERRINI, 1936, pp 147-150; CASANOVA, 1990, doc. 38.

Cfr.: CASANOVA, 1995, pp. 52-55 (traduz.)

[c. 40r]

Vnio Ecclesie *sanctorum* Nazari et celsi de cadegnano Ecclesie maiori brixien*si*

Innocentius *Episcopus seruus seruorum* dei: Ad perpetuam rei memoriam. Pastoralis officium debitum quo Ecclesiarum omnium regimini disponente domino presidemus mentem nostram excitat et inducit ad ea per que in Ecclesijs presertim cathedralibus insignibus continue benedicatur altissimus ac persone in illis domino famulantes temporalium rerum siue quibus spiritalia diu subsistere non possunt ubertate fruuntur nec non decori et uenustati ecclesiarum earumdem consulate operosis studijs et remedijs fauorabiliter incendamus. Dudum siquidem omnia beneficia Ecclesiastica, cum cura et sine cura apud sedem apostolicam tunc uacantia et in antea uacatura collationi et dispositioni nostre reseruauimus. Decernentes ex nunc iritum et inane si secus super his a quoque quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigeret attemptarij. cum itaque postmodum parochialis *sanctorum* Nazarij et celsi Terre cadegnani brixien*sis* diocesis per Abramini de bresanis et santi sirij brixien*sis* Ecclesie per francisci de francijs dilectorum filiorum nuper ipsarum Ecclesiarum respectiue rectorum liberas resignationes de illis quas tunc obtinebant: per dilectum filium Petrum de leonibus canonicum brixien*sem* procuratorem suum ad hoc ab eis specialiter constitutum in manibus nostris sponte factas et per nos admissas apud sedem eandem uacauerint et uacant nullisque de illis preter nos hac uice disponere potuerit siue possit reseruatiue et decreto obsistentibus supradictis. et sicut exhibitam nobis nuper pro parte dilectorum filiorum capituli brixien*sis* petitio continebat in Ecclesia brixien*si* que in partibus illis admodum insignis habetur decem {nouem}ⁱ canonicatus, et totidem prebende ac non nulla mansionarie et alia capellanie nuncupata perpetua sacerdotalia beneficia Ecclesiastica fore noscantur: et quia in illa non sunt clerici beneficiati qui inibi diuinis deseruiant officijs ac canonicis et alijs presbiteris in dicta Ecclesia brixien*si* beneficiatis in ipsorum diuinorum officiorum celebratione assistant Ecclesia predicta brixien*sis* in diuinis defectu clericorum predictorum ac etiam quia fructus redditus et prouentus mense capitularis dicte Ecclesie brixien*sis* admodum tenues et exiles existunt. et propterea nonnulli, ex canonicis illius in ea residere non curant non modica patitur detrimenta: Verum si parochialis et sancti sirij Ecclesie predictae eidem mense perpetuo uniretur anecteretur et incorporarentur, ex hoc || [c. 40v] profecto comoditatibus capituli et canonicorum predictorum plurimum consuleretur ipsique canonici plus solito in dicta Ecclesia brixien*si*. residere et in ea aliquos clericos et etiam tres magistros unum in cantu et alium in gramatica instructos et Tercium organistam qui in dicta Ecclesia brixien*si* una cum eis diuinis assisterent officijs et clericos predictos instruere possent habere et eis ex fructibus ipsarum Ecclesiarum de alicuius subuentionis auxilio prouidere curarent quod profecto ad diuini cultus augmentum, cederet augmentum [!] et animarum salutem dicteque brixien*sis* ecclesie uenustatem et decorem et non paruam dilectorum filiorum populi brixien*sis* consolationem pro parte capituli predictorum asserentium sancti sirij que sine cura est et cuius dum pro Tempore uacet collatio et prouisio ad capitulum <et canonicos>

prefatos de antiqua et approbata hactenusque obseruata consuetudine pertinet viginti quatuor & parochialis¹ centum et septuaginta nec non mense predictorum aliorum eidem mense annexorum ducenctorum et octuaginta florenorum auri de camera f<r>uctus redditus prouentus secundum communem estimationem uallore annuum non excedere² nobis fuit humiliter supplicatum, ut sancti sijri et parochialem ecclesias predictas eidem mense perpetuo vnire annectere et incorporare aliasque in premissis oportune prouidere de benignitate apostolica dignemur; Nos igitur qui Ecclesiarum omnium Decorem et uenustatem diuini cultus in illis augmentum nostris potissime Temporibus uigere et augeri supremis desideramus affectibus quique dudum inter alia uolumus que semper in unionibus commissio fieret ad partes uocatis quorum interest capitulum prefatos et eorum singulos a quibuscumque excommunicationis suspensionis et interdicti alijsque ecclesiasticis sententijs censuris et penis, a Iure uel ab homine quauis occasione uel causa latis si quibus quomodolibet innodatis ex istunt ad effectum presentem dumtaxat consequentur; harum serie absoluentes et absolutos fore censentes huiusmodi suplicationibus inclinatj parochialem. et santi sijri Ecclesias predictas siue premissis siue alio quo uis modo aut ex aliorum quorumcumque, personis seu parochialis per Abramini. et sancti sijri Ecclesie predictae per francisci predictorum similes resignationes uel aliquorum aliorum de illis in romane curie uel extra || [c. 41r] eam etiam coram notario publico et Testibus spontes factas aut dicta parochialis Ecclesia per constitutiones foelicis recordationis Iohannis pape xxij predecessoris nostri que incipit «execrabilis» uel assecutionem alterius benefitij Ecclesiastici quauis auctoritate colati uacent etiam si Tanto Tempore uacauerint que eorum collatio iuxta lateranensis statuta concilij ad sedem predictam legitime deuoluta ipsaque parochialis et sancti sijri Ecclesie dispositioni apostolice specialiter uel alias generaliter reseruate existunt et super eis Inter aliquos lis cuius statum presentibus haberj Volumus. pro expresso pendeat indecisa dummodo earum dispositio ad nos hac uice pertineat cum omnibus iuribus & pertinentijs suis eidem mense auctoritati apostolica tenore presentium unimus annectimus et incorporamus Ita quod liceat ex nunc capitulo prefatis per se uel alium seu alios corporalem sancti sijri et parochialis iuriumque et pertinentiarum predictorum possessionem propria auctoritate libere apprehendere et perpetuo retinere ac dicte parochialj Ecclesie per presbiterum Idoneum secularem vicarium perpetuum in diuinis deseruirj ac animarum curam parochianorum illius exercerej facere ipsarum parochialis et sancti sijri Ecclesiarum fructus redditus et prouentus in suos & mense ac magistrorum et clericorum per eos ad eorum {nutum}ⁱ ponendorum & amouendorum vsus et utilitatem conuertere diocesani loci et suiusuis licentia super hoc minime requisita; Non obstantibus uoluntate nostra predicta ac pie memorie Bonifatij pape viij, etiam predecessoris nostri et alijs apostolicis constitutionibus statutis quoque – et consuetudinibus dicte ecclesie brixienensis Iuramento confirmatis apostolica uel quauis firmitate alia roboratis contrarijs quibuscumque aut si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de huiusmodi uel alijs benefitijs Ecclesiasticis in illis partibus speciales uel generales dicte sedis uel legatorum cuius literas impetrarint etiam si per eas ad inibitionem reseruationem et decretum uel alias quomodolibet sit processus quas Quidem literas et processus per eas habitos et inde secuta quocumque ad parochialem ac sancti sijri Ecclesias predictas uolumus non extendi sed nullum per hoc eis & ad assecutionem benefitiorum aliorum preiudicium generari et quibuslibet alijs priuilegijs. indulgentijs et literis apostolicis generalibus uel specialibus quorumcumque Tenorum existant per que presentibus non expressa uel totaliter non inserta effectus earum impediti ualent quomodolibet uel defferri et de quibus quorumque || [c. 41v] totis Tenoribus de uerbo ad uerbum habenda sit in literis nostris mentio specialis et insuper quod duo ex canonicatibus et due ex prebendis dicte Ecclesie brixienensis primo uacaturis qui dum pro Tempore uacant ad Ellectionem capituli predictorum spectare noscantur in huiusmodi prima vacatione dumtaxat sub quibusuis gratijs expectatiuis specialibus uel alijs etiam gene-

¹ Scil.: “ecclesie sancti Nazari et Celsi”.

² Come si può vedere, il rendimento del beneficio di Cadignano è molto superiore a quello di San Siro, mentre non è del tutto chiaro a cosa alluda l’altro valore espresso di 280 fiorini: forse alla rendita complessiva della mensa canonica prima della annessione dei due ulteriori benefici.

ralibus reservationibus nominationibus nominandi facultatibus et mandatis, autem ationibus, prorogatiuis vnionibus annexionibus et incorporationibus etiam sub quibusuis uerborum formis et expressionibus ac cum quibusuis et indiuidualium et aliarum clausularum quarumlibet etiam Talium que illis per queuis alia priuilegia litteras et indulta apostolica eis expresse derogantia derogarj nequeat uim et Effectum habentibus preiudicialibus clausulis et decretis per sedem predictam pro Tempore concessis etiam si presentibus de uerbo ad uerbum miseri deberent non comprehendantur et illorum preTextu per quascumque personas cuiuscumque dignitatis status gradus ordinis uel conditionis fuerint acceptari non possint seu de illis prouideri nequeat auctoritate prefata tenore earumdem presentium, statuimus et etiam ordinamus non obstantibus omnibus supradictis. Prouiso quod propter unionem annexionem et incorporationem predictas parochialis et sancti sijri Ecclesie predictae debitis non fraudentur obsequijs et animarum cura in parochiali Ecclesia nullatenus negligatur sed eius ac dicte Ecclesie sancti-sijri congrue supportentur onera consueta Et insuper pro ut est iritum decernimus et inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter attentatum forsitan ,est, hactenus uel in posterum contigerit attentarj: Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis vnionis annexionis et incorporationis, voluntatis, statutj, ordinationim, & constitutionis infringere uel ei ausu Temerario contrahere si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beatorum petri & pauli apostolorum eius se nouerit incursum Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo octuagesimo nono. Quarto Idus Maij Pontificatus nostri anno quinto,



TRADUZIONE

Unione della chiesa dei Santi Nazaro e Celso di Cadignano alla chiesa cattedrale di Brescia

Innocenzo vescovo, seruo dei serui di Dio, a perpetua memoria.

Il dovere pastorale, grazie al quale per disposizione divina presiediamo al governo di tutte le chiese, sollecita ed induce la nostra mente a far sì che nelle chiese, e specialmente nelle cattedrali insigni, ininterrottamente venga benedetto l'Altissimo e le persone che in esse servono il Signore godano abbondanza dei beni terreni, senza i quali quelli spirituali non possono sussistere a lungo. Siamo inoltre vivamente favorevoli a che si provveda al decoro e alla bellezza delle medesime chiese con sollecitudini e rimedi operativi.

Da lungo tempo, tutti i benefici ecclesiastici con cura e senza cura vacanti al presente ed in futuro presso la sede apostolica li abbiamo riservati alla nostra collazione e disposizione, considerando da ora invalido e vano se sopra questo oggetto da qualcuno per qualsivoglia autorità consapevolmente o meno si tentasse di agire altrimenti.

Successivamente al citato decreto, la parrocchiale dei Santi Nazaro e Celso del paese di Cadignano della diocesi di Brescia e la chiesa di San Siro in Brescia, ad opera dei diletti figli Abramino *de Bressanis* e Francesco *de Franciis*, rispettivi rettori delle stesse chiese, si sono rese vacanti presso la sede apostolica, e tali risultano, per libera rinuncia dei rispettivi diritti acquisiti fatta spontaneamente nelle nostre mani tramite il diletto figlio Pietro *de Leonibus* canonico di Brescia loro procuratore da essi espressamente costituito a questo scopo, e da noi accettata: pertanto, in merito alle due chiese, nessuno all'infuori di noi in questa circostanza ha potuto o può disporre, esistendo la riserva e il decreto suddetti.

Poiché — come dichiarava la petizione a noi esposta da parte dei diletti figli del Capitolo di Brescia — nella chiesa cattedrale di Brescia, che è considerata assai insigne, si riconosce che dovranno esistere diciannove canonicati e altrettante prebende, e un certo numero di altri benefici ecclesiastici sacerdotali perpetui denominati mansionarie e cappellanie, e poiché in essa non ci sono chierici beneficiati che vi servano i divini uffici e assistano i canonici e gli altri sacerdoti beneficiati nella cattedrale per la celebrazione di tali riti, la chiesa di Brescia ne patisce non modesto detrimento, per mancanza appunto di chierici canonicamente ordinati ed anche per il fatto che i redditi prodotti dalla mensa capitolare della chiesa bresciana sono estremamente tenui ed inconsistenti e di conseguenza alcuni dei suoi canonici non si preoccupano di osservare la residenza in essa.

D'altro canto, se la suddetta chiesa parrocchiale dei Santi Nazaro e Celso di Cadignano e quella di San Siro venissero unite annesse e incorporate in perpetuo alla mensa capitolare, da ciò senza dubbio si trarrebbe notevole vantaggio alle necessità del Capitolo e dei canonici, ed i canonici stessi si impegnerebbero a risiedere più che in passato nella chiesa di Brescia, e a mantenere in essa alcuni chierici ed in particolare tre professionisti: un maestro di canto, un altro di lettere latine e un terzo organista, che

nella cattedrale prendano parte insieme con loro ai divini uffici e possano istruire i chierici, e a corrispondere loro un compenso in base ad una entrata stabile proveniente dai beni delle stesse due chiese: il che certamente gioverebbe all'incremento del culto divino e alla salvezza delle anime, nonché alla bellezza e al decoro della chiesa di Brescia e alla non piccola consolazione dei diletti figli del popolo di Brescia.

I canonici predetti asseriscono, per parte loro, che la chiesa di San Siro è senza cura e la sua collazione e provvisione, in caso che sia temporaneamente vacante, è di pertinenza del Capitolo e dei canonici per antica approvata e sempre osservata consuetudine; i suoi frutti redditi e proventi, secondo la comune stima, non eccedono il valore annuo di 24 fiorini d'oro *de camera*; quelli della chiesa parrocchiale dei Santi Nazaro e Celso di Cadignano ammontano a 170 fiorini d'oro all'anno; inoltre, la mensa capitolare, con gli altri annessi di cui già gode, assomma a 280 fiorini.

Da parte del Capitolo a noi fu avanzata umilmente supplica che con benignità apostolica ci degnassimo di unire anettere e incorporare in perpetuo alla mensa capitolare la predetta chiesa di San Siro e la parrocchiale dei Santi Nazaro e Celso di Cadignano, e di provvedere alle altre opportunità inerenti all'atto stesso.

Noi, dunque, che con intensi sentimenti desideriamo che abbia vigore e si accresca il decoro e la bellezza di tutte le chiese e il culto divino in esse, soprattutto ai nostri tempi, e che da tempo, del resto, vogliamo che sempre nelle unioni si faccia avviso alle parti interessate, assolviamo e sentenziamo che siano assolti il Capitolo e i canonici predetti e ciascuno di loro da qualunque genere di scomunica sospensione e interdetto e da altre sentenze ecclesiastiche censure e pene emanate dal diritto o dal singolo in qualsivoglia occasione o causa, se ne esistono in qualunque modo pronunciate, per conseguire il presente effetto soltanto.

Assolvendoli, pertanto, e considerandoli assolti da tali sanzioni, ci incliniamo alle loro suppliche, stante la vacanza della chiesa parrocchiale dei Santi Nazaro e Celso di Cadignano per la rinuncia di Abramino *de Bressanis* e quella della chiesa di San Siro per quella di Francesco *de Franciis*, sottoscritte spontaneamente, o anche per interposta persona, nella curia romana o fuori di essa davanti a un notaio pubblico e a testimoni, o in base alla costituzione *Esecrabilis* della felice memoria del pontefice Giovanni XXII nostro predecessore, o per conseguimento di altro beneficio ecclesiastico assegnato ufficialmente da qualsivoglia autorità, anche se fossero vacanti da lungo tempo, poiché la loro collazione secondo gli statuti del concilio Lateranense è considerata legittimamente devoluta alla Santa sede, e la stessa chiesa parrocchiale di Cadignano e quella di San Siro sono riservate alla disposizione apostolica in via speciale e generale; e, nell'eventualità che sopra di esse verta lite tra attori, il cui stato vogliamo si abbia per espresso, penda indecisa, purché in tal caso la disposizione di esse spetti a noi.

Dunque, con l'atto presente per autorità apostolica uniamo anettiamo e incorporiamo alla mensa capitolare, con tutti i loro diritti e pertinenze, la suddetta chiesa parrocchiale dei Santi Nazaro e Celso di Cadignano e quella di San Siro, sia nel modo suddetto sia in qualsiasi altro modo o dalla persona di qualunque altro o per analoghe rinunce, così che sia lecito al Capitolo e ai canonici, per se stessi o per interposta persona, liberamente assumere il possesso di fatto della chiesa di San Siro e della parrocchiale di Cadignano e dei diritti e delle pertinenze predette con propria autorità, e in perpetuo mantenerlo, e far servire alla chiesa parrocchiale di Cadignano mediante un idoneo sacerdote secolare loro vicario perpetuo per le sacre celebrazioni, e far esercitare la cura delle anime dei parrocchiani di Cadignano, e convertire i frutti redditi e proventi della stessa chiesa parrocchiale di San Nazaro e quella di San Siro in uso e utilità dei canonici, della mensa capitolare, nonché dei maestri e dei chierici da assumere e licenziare a beneplacito dei canonici stessi, senza che sia richiesta in merito la licenza dell'ordinario diocesano e di nessun altro, non ostanti in contrario la nostra volontà e le costituzioni della pia memoria del papa Bonifacio VIII, nostro predecessore, ed altre costituzioni apostoliche, ed eventuali statuti e consuetudini della chiesa di Brescia, approvate con giuramento e sanzionate da apostolica conferma o altro; o in caso qualcuno abbia ottenuto documenti speciali o generali della sede apostolica o dei legati sulle assegnazioni da fare a lui di quelli o di altri benefici ecclesiastici in quelle terre, anche se grazie ad essi si sia proceduto a inibizione riserva e decreto o in qualsiasi altro modo. Questi eventuali documenti e le loro eventuali conseguenze di qualunque genere, vogliamo non siano estese alla chiesa parrocchiale di Cadignano e a San Siro, ma che non se ne generi nessun pregiudizio ad esse per il conseguimento di altri benefici, e non ostanti tutti gli altri privilegi, indulgenze e lettere apostoliche generali o speciali, di qualunque tenore siano, per le quali quanto non espresso dalla presente o totalmente taciuto vale in ogni modo ad impedirne o differirne gli effetti e delle quali e del rispettivo tenore si debba fare menzione speciale parola per parola nelle nostre lettere.

Inoltre vogliamo che due dei canonicati e due delle prebende della cattedrale di Brescia appena vacanti, per la durata della vacanza, si riconoscano spettare alla elezione del Capitolo dei canonici per la sola prima vacanza, sotto qualunque concessione speciale od altre anche generali riserve nomine facoltà di nominare, e mandati azioni prerogative unioni annessioni e incorporazioni anche sotto qualsivoglia forma ed espressione verbale e con qualunque clausola individuale e qualsivoglia altra, anche tale che ad essa per qualsiasi altro privilegio lettera e indulto apostolico ad esse espressamente deroganti non si possa derogare, clausole pregiudiziali aventi forza ed effetto e decreti dalla santa sede concessi a tempo determinato, anche se dovessero essere inserite alla lettera, non vengano comprese e per pretesto di esse, da qualunque persona di qualunque dignità stato grado ordine o condizione siano state fatte, non possano essere accettate o di esse non si possa provvedere per l'autorità suddetta.

Per tenore del presente atto, non ostanti tutte le citate eccezioni, stabiliamo ancora ed ordiniamo opportunamente che per l'unione annessione e incorporazione predette la chiesa parrocchiale di Cadignano e quella di San Siro non siano frodate dei dovuti ossequi e la cura delle anime nella chiesa parrocchiale di San Nazaro per nulla venga trascurata, ma gli oneri consueti di essa e della chiesa di San Siro siano adempiuti esaurientemente e in più decretiamo, come è, privo di valore legale e vano se diversamente

sopra queste cose da qualcuno per qualunque autorità consapevolmente o meno venga attentato fino al presente, o in futuro capiterà che si attenti.

A nessun uomo sia assolutamente lecito infrangere questo documento della nostra assoluzione unione annessione e incorporazione volontà statuto ordinazione e costituzione, o ad esso con temeraria audacia contravvenire: se qualcuno, però, presumerà di violarlo, sappia che incorrerà nell'indignazione di Dio onnipotente e dei beati Pietro e Paolo apostoli.

Dato a Roma presso San Pietro, nell'anno dell'incarnazione del Signore 1489, il 12 marzo, quinto anno del nostro pontificato.